

ādeō tenaciter omnium visceribus inhæsit communis hæc prolepsis,
essē Deum.

IX

Indidem & Gentes qua veri Dei notitia hactenus caruere,
bruto quodam stupore, infra vilissimas Creaturas se esse abijcere,
quam Deum omnino negare consueverunt; Qua de causa Greci
& Romani, homines seuos, mortuos, & impuros, in Deorum al-
bum retulerunt, A Egyptijs gloriam unius Dei in similitudinem
Bovis herbam comedentis, ichneumonas, ibides, & hortensia que
commutarunt; Ceu horum vanitatum documenta hodie adhuc
Hesiodi Theogonia, Homeri convivium, & Apollodori bibliotheca
exhibit.

X.

Sed maximè noscitur essentia simplicissima, unicè infinita, si-
quidem essentia re & dignitate prior accidente est, Deus autem
primum est est, Apoc. I. 4. & solum primum, à quo, in quo, per quem,
& propter quem omnia sunt. Qui Adamo ante & post lapsum, Noe
ante & post diluvium, decies Abrahe, Isaaco bis, Jacobo septies,
Mosi sapientius, & alijs quam pluribus apparuit. Hoc esse claret tum
usu vocis in Scriptura S. de Deo enunciata, velut Job. 12. 13. Prov.
8. 14. Es. 28. 29; tum quod ei ιανδυναμηντα reperiantur, 9. Coloss.
2. 9. Rom. 1. 2. θεος φύσις. Gal. 4. 8. μορφή θεος. Phil. 2. 16. & similia, in sa-
cris ubiq. obvia.

XI.

Noscitur inquam essentia una individua, quæ Deus est, tota in
singulis distinctis Personis, diversis sicut subsistendi modis (quos pro-
prietates Personales Ecclesia vocat) in plures distinguitur Personas,
quæ τεόποι ὑπάρχεισσεū modi subsistendi dicuntur, qua de causa modo
absolutum, modo hypostaticum essentia Dei obtinet respectum.

XII.

Prima consideratione non tres numero Jehovæ sunt, sed unus
dunitaxat Jehova; ut una etiam fides objecti respectu, una nempe
im-